

confectis plenius continetur per nos donatam, Jpsis rite et legaliter assignandi, easque vel earum certum mandatum in dictarum curie et suarum adiacenciarum possessionem corporalem introducendi auctoritatem plenariam dilecto et fideli. nostro algoto bændictzon comittimus per presentes, Jn cuius rei evidenciam sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum in castro nostro nouo. Anno domini. Millesimo. CCC°. XXX°. quarto. Vigilia trinitatis.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

3065.

1334 d. 23 Maj.

Linköping.

HENIKIN KONRADSSON testamenterar, för sin, sina hustrurs och sina slägtingars själar, till Linköpings domkyrka, der han väljer sin graf, för stiftande af en prebenda, 44½ mark lödigt silfver samt åkrar i Kalmar, Asa, Ballahäll m. fl., förbehållande sig och ofvannämnda anhöriga 2 messor i hvarje vecka; skänker penningar, vapen, kläder, kreatur m. m. till kloster, prester, slägtingar m. fl. personer.

Registr. Eccl. Lincop. perg. fol. 171, v.

Jn nomine domini Amen Anno incarnationis eiusdem. M CCC XXX:mo quarto Jn crastino dominice trinitatis Ego HENICHINUS CONRADI FILIUS mente compos. licet corpore debilis. attendens humane condicionis fragilitatem secundum suam primariam originem fore necesse esse resolui vt spiritus ad dominum redeat qui fecit illum Et corpusculum quod inde sumptum est ad terre puluerem redigatur. aduertensque quod tam quod sum quam quod habeo ab illo recepi a quo bona cuncta procedunt. vt in honorem suum reddam aliqua de hiis que mihi prestiterat in hac vita et ipsum [o: ipsa] lucrifaciam in futura. testamentum meum condo et facio in hunc modum Jn primis lego ecclesie lincopensi. in qua meam eligo sepulturam pro anima mea et dilectarum vxorum mearum et parentum. pro fundanda vna prebenda cum altari in eadem ecclesia lincopensi ad sustentacionem capellani seu sacerdotis in ipsa ecclesia. deo iuxta morem et modum aliorum prebendatorum in predicta ecclesia institutorum perpetuo seruituri. ad quam prebendam Johannem clericum sororium meum optinendam presento. volens quod ipse et quilibet successor suus in remedium anime mee et eorum quos supra memorauit qualibet septimana duas missas dicere teneantur, XLIII:or marcas cum dimidia puri argenti Jtem predia mea omnia que habeo in kalmarum. et in asum Jtem in ballahellum XII agros qui capiunt sex thyniones in semine Jtem in thorpagerdhe quartam partem vnus octonarij que capit III thyniones. Jtem fratri meo predilecto domino hermanno decem marchas puri. Jtem fratribus minoribus lincopie decem marchas puri Jtem filiis meis dilectis ordinis predicatorum sighthikino et nicolao XX marchas denariorum Jtem mæchlildi [o: mæchtildi] cum suis

filiis et filiabus nouem marchas denar. Jtem wenzellino genero meo skæningie I platam cum balista. Jtem hielmichino sex marchas denar. Jtem cuilibet vicario ecclesie lincopensis vnam oram Jtem petro famulo meo vnum equum, meam thoracem dictam troÿo gladium et pilleum ferreum et vnam marcham argenti Jtem ramborgi kônichini vnam tunicam Jtem greto vnum mantellum Jtem alikko I marcham denariorum. Huius autem testamenti mei promotores et exeutores constituo et ordino Reuerendum in christo patrem dominum episcopum lincopensem et discretum virum dominum marcum canonicum lincopensem rogans et obtestans eosdem per viscera misericordie ihesu christi vt hoc testamentum meum et legata. in eo. sicut saluti anime mee expedire viderint fideliter exequantur Datum et actum lincopie die supradicta In cuius testimonium et euidenciam pleniorum sigilla discretorum virorum domini haraldi prepositi sepedicte lincopensis ecclesie. domini iohannis archidiaconi et domini magni canonici ibidem duxi presentibus apponenda.

*Allmän öfverskrift: De prebenda sancte maioris crucis.*

3066.

1334 d. 24 Maj.

Lindholm.

Konung MAGNUS tilldömer Sigge Djekns hustru, Fru Margareta, de gods i Wikingsäng och Randhem, som hans fader, Hertig Erik, köpt af hennes nu aflidna moder, Fru Katarina, Thomas Jonssons enka, men blifvit hindrad att betala före sin död.

Orig. på perg. i K. Danska Geh. Arch.

MAGNUS dei gracia rex swecie, et Norwegie, Omnibus presens scriptum cernentibus, salutem in domino sempiternam, Nouerint vniuersi quod bona in vikhingsæng et randheem cum eorum adiacenciis quibuscumque, que quidem magnificus princeps, dominus Ericus dux quondam swecie. pater noster carissimus, felicis memorie, de nobili domina, domina katerina relicta domini thome jonson. iam mortua titulo empcionis habuit, et morte preuentus expromissum pro eis precium non persoluit Margarete filie eiusdem domine katerine. consorti siggonis dyækn, suisque heredibus exigente iusticia readiudicamus, et, libere restituimus per presentes, Prohibentes firmiter et districte, nequis dicta bona vel eorum adiacencias(!) pro dicta margareta, vel suis heredibus, contra hoc iudicium et ordinationem nostram, exnunc inpetere presumat, seu quomodolibet impedire, Sicut condignam penam duxerit euitandam, In cuius euidenciam sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Lyndholmis, Anno domini M. CCC° XXX°, quárto, feria tertia post dominicam trinitatis.

Af sigillet ett obetydligt fragment på den ur brefvet klippta remsan.